



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacros. Concilii Tridentini Canones Et Decreta

Gallemart, Jean

Coloniæ Agrippinæ, 1621

Decretum de modo viuendi, & aliis in Concilio, seruandis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39157

An litere & constitutiones contra Trid. reducenda sint ad ius commune? Affirmatiue proprio motu definiuit Gregor. 13. pro ut testatur P. Henric. p. 1. sum. lib. 6. §. 6. in gl. lit. R.

SESSIO SECVNDA,
CELEBRATA DIE VII. MENSIS
IANVARIII, M. D. XLVI.

Decretum de modo viuendi, & aliis in Concilio
seruandis.

SACROSANCTA Tridentina Synodus, a in Spiritu sancto & legitime congregata, in ea praesidentibus eiusdem tribus Apostolicae Sedis Legatis, agnoscens cum B. Iacob. Apostolo, quod a omne datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est, descendens a patre lumine: qui iis, qui postulant a se sapientiam, dat omnibus affluenter, & non impropereat eis; & simul sciens, quod b in initium sapientiae est timor Domini: statuit & decreuit, y, omnes & singulos Christi fideles, in ciuitate Tridentina congregatos, exhortandos esse, prout exhortatur, vt se a malis & peccatis hactenus commissis emendare, ac de caetero in timore Domini ambulare, & desideria carnis non perficere, orationibus instare, saepius confiteri, Eucharistiae Sacramentum sumere, Ecclesias frequentare, praecipua denique Dominica, quantum quisque poterit, adimplere, necnon quotidie pro pace Principum Christianorum, & vnitatem Ecclesiae priuatim orare velint: Episcopos vero, & quoscumque alios, in Ordine sacerdotali constitutos; aecumenicum Concilium in ea ciuitate concelebrantes, vt assidue in Dei laudibus incumbere, hostias, laudes, & preces offerre, sacrificium Missae quolibet saltem in Dominico, in quo Deus lucem condidit, & a mortuis resurrexit, ac d Spiritum sanctum in discipulos infudit peragere satagant, facientes, sicut idem

A 2 Spiriti-

a *1. Tim. 2.*

Spiritus sanctus per *a* Apostolum præcipit obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, pro Sanctissimo Domino nostro Papa, pro Imperatore, pro Regibus, & ceteris, qui in sublimitate constituti sunt, & pro omnibus hominibus: ut quietam & tranquillam vitam agamus, pace fruamur, & fidei incrementum videamus. Præterea hortatur ut ieiunent saltem singulis sextis Fetijs in memoriam passionis Domini, & eleemosynas pauperibus erogent: in ecclesia autem cathedrali singulis quintis Ferijs celebretur Missa de Spiritu sancto, cum litanijs, & alijs orationibus ad hoc institutis: in alijs verò ecclesijs eadem die dicantur ad minus litanie, & orationes *b*: tempore autem, quo sacra peraguntur, colloquutiones, & confabulationes non fiant; sed ore & animo, celebranti assistatur.

b *Infr. in sess. 22. in decreto de obsecranda in celebr. miss.*

c *1. Tim. 3.*

d *Tit. 1.*

1. Tim. 3. c. 3.

2. q. 7. cum

fin. conc.

Talst. 2. c. 7.

conc. Rhemen. c. 17.

Euseb. in 4.

decret. &

infr. Sess. 25.

c. 1. de resur.

e. Euseb. 1.

epist. 3.

f *Joan. 1. c.*

can. ex.

In concilio de

hæret.

Et quoniam *e* oportet Episcopos esse irreprehensibiles, sobrios, castos, domui suæ benè propositos; hortatur etiam, ut ante omnia quilibet in mensa *d* seruet sobrietatem, moderationemque ciborum; deinde cum in eo loco sæpè otiosi sermones oriri soleant, ut *e* in ipsorum Episcoporum mensis diuinarum Scripturarum lectio admisceatur: familiares verò tuos unusquisque instruat, & erudiat, ne sint rixosi, vinosi, impudici, cupidi, elati, blasphemii, & voluptatum amatores; vitia demum fugiant, & virtutes amplectantur; & in vestitu, & cultu, & omnibus actibus honestatem præferant, sicut decet ministros ministrorum Dei. Ad hæc, cum huius sacrosancti Concilij præcipua cura, sollicitudo, & intentio sit, ut, propullatis hæresum tenebris, quæ per tot annos operuerunt terram, Catholicæ veritatis lux, IESU CHRISTO, *f* qui vera lux est, annuente, candor puritasque refulgeat; & ea, quæ reformatione egent, reformentur: ipsa Synodus hortatur omnes Catholicos hinc congregatos, congregandos, atque eos præsertim, qui sacrarum litterarum peritiam habent, ut sedula meditatione diligenter secum ipsi cogitent, quibus potissimum vijs, & modis ipsius Synodi intentio dirigatur, optatum esse etiam sortiri possit; quo maturius & consultius damnari damnanda, & probanda probari queant:

ut per

ut per totum orbem omnes vno ore, & eadem fidei confessione glorificent Deum, & Patrem Domini nostri IESU Christi.

In sententijs verò dicendis, iuxta a Toletani Concilij ^{a Conc. Tolet.} statutum, in loco benedictionis confidentibus Domini ^{11. cap. 1.} sacerdotibus, nullus debeat aut immodestis vocibus per ^{1. can. Can.} strepere, aut tumultibus perturbare, nullis etiam falsis ^{1. prin. can.} vanisve, aut obstinatis disceptationibus contendere: sed ^{1. can. 1. q. 1.} quidquid dicatur, sic mitissimi verborum prolatione tein- ^{Tolet. c. 3.} peratur, ut nec audientes offendantur, nec recti iudicij acies perturbato animo inflectatur.

8 Insuper ipsa sacra Synodus statuit, ac decreuit, quòd si ^{b. Idem in} fortè contigerit aliquos debito in loco ^{concl. 1. cap.} non sedere, & ^{1. q. 1. p. 1.} sententiam, etiam sub verbo, Placet, proferte, Congrega- ^{forma pra-} tionibus interesse, & alios quoscumq; actus facere, Con- ^{scripta est.} cilio durante, nulli propterea prauidicium generetur, ^{1. Bracc. c. 1. q. 1.} nullique nouum ius acquiratur.

Deinde indicta fuit futura Sessio ad diem Iouis, quartam men-
sis Febr. proximè venturi.

R E M I S S I O N E S.

IN Spiritu sancto legitime congregata.] Quod Spiritus S. Concil. ge-
nerali legitimo immediate assistat, resoluit Iacobatius de Con-
cil. lib. 10. art. 1. nu. 205. Arag. in 2. 2. D. Thomæ. q. 1. art. 10. pag. 88.

8 Verum generalia Concilia legitime congregata in fidei, & in morum
definitione errare possint? Negant Campec. de Concil. cap. 35. Canus
in locis Theolog. lib. 5. cap. 4. conclus. 9. Albertin. de agnos. affer. q. 5.
num. 7. & qu. 21. num. 16. & qu. 30. nu. 24. Iacob. lib. 6. de concil. art. 2.
nu. 155. & lib. 5. art. 11. nu. 14. Cordub. in quest. lib. 4. q. 1. concl. 9. Castr.
aduersus hæreses lib. 6. 6. & de iusta hæret. punitione lib. 1. c. 5. Arag.
in 2. 2. D. Thomæ quest. 1. art. 10. pag. 82. col. 2. vers. Sed est dubium, &
vers. 2. conclusio. Veg. lib. 9. in Concil. Trid. c. 39. P. Azor. instit. mor.
p. 2. lib. 5. ca. 4. col. 539. vbi resoluit, Papani in his quæ sunt fidei errare
non posse.

7 Omnes & singulos Christi fideles in ciuitate Tridentina congrega-
tos] An omnes fideles interesse debeant Concilio generali? Vide Iacob. de
Concil. lib. 1. artic. 2. Turrec. lib. 3. sum. capit. 12. cum seqq. Guerr. in
thesauro Christiana Religionis capit. 52. §. 7. qui resoluit ad vocem
decisiuam solum Episcopos aliosque superiores Prælatos conuocari, ceteros
tamen

¶ nomen ecclesiasticis & secularis interesse posse absq; decisio suffragio: generale enim concilium dicitur Synodum Episcoporum probat cap. Romana Ecclesia 15. dist. c. satis euidenter 96. dist.

¶ Insuper ipsa sacra Synodus, &c.] Quis ordo in sedendo & subscribendo, & in aliis actibus generalis Concilij seruandus sit? Vide caput final. 17. dist. cap. placuit el. 1. distinct. 18. cap. Episcoporum 74. dist. Petr. à Monte de potest. Pontif. rit. ordo assistentium in Concil. à nu. 1. & in Monarch. Concil. q. 5. Taboc. de Concil. li. 1. art. 2. pag. 20. cum seqq. Roch de Iure patron. verbo honorificum, qu. 42. Cassan. in Catalogo glorię mundi p. 4. confid. 23. Guerr. d. c. 52. §. 6.

SESSIO TERTIA,

CELEBRATA DIE IV. MENSIS

FEBRUARII, M. D. XLVI.

Decretum de Symbolo fidei

*N*omine sanctę, & indiuiduę Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus sancti.

Hęc sacrosancta oecumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, in ea pręsidentibus eisdem tribus Apostolicę Sedis Legatis, magnitudinem rerum tractandarum considerans, pręsertim earum, quę duobus illis capitibus, de extirpandis Hęresibus, & moribus reformandis, continentur, quorum causa pręcipue est congregata; agnoscens autem cum *a* Apostolo, non esse sibi collucitationem aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus spirituales nequitias in cęlestibus, cum eodem omnes, & singulos in primis hortatur, vt confortentur in Domino, & in potentia virtutis eius, in omnibus sumentes *b* scutum fidei, in quo possint omnia tela nequissimi ignea extinguere, atque galeam spei salutis accipiant, cum gladio spiritus, quod est verbum Dei. Itaque, vt hęc pia eius sollicitudo ptincipium, & progressum suum per Dei gratiam habeat, ante omnia statuit, & decernit, pręmittendam esse confessionem fidei; *¶* Pa-

a Ephes. 6.

b 1. qui respicit 11. q. 3.